

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIIII

VD18 90617819

Caput CLXXV. Christus Praedictione Imminentis Periculi De Spiritualis
Armaturae Praeparatione Apostolos Suos Admonet.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

CAPUT CLXXV.

CHRISTUS PRÆDICTIONE IMMINENTIS PERICULI
DE SPIRITUALIS ARMATURÆ PRÆPARATIONE APO-
STOLOS SUOS ADMONET.

LUC. 22. v. 35.

RATIO ORDINIS.

Prædictioni abnegationis in cœnaculo facte subjicit Lucas prædictionem imminentis periculi, quæ de spiritualis armaturæ præparatione Christus Apostolos suos anigmaticè admonet. Neque quidquam apud reliquos Evangelistas occurrit, quod huic prædictioni præmittit debeat. Valedictoria enim concio, quam Johannes prædictioni abnegationis subjicit, sequuta est hanc ipsam imminentis periculi prædictionem, ut series Historie apud Johannem ostendit. Potest autem hæc ordinis ratio de quibusdam utiliter nos monere. 1. Christus paulò antè apud Johannem dixerat: *Filioli adhuc paulisper vobiscum sum. Queritis me, & quò ego vado, vos non potestis venire, quibus verbis de passione & morte proximè sibi imminentे vaticinatus fuerat, jam igitur pergit prædicere mala ab hostibus sibi inferenda, inq; eorum societatem etiam Apostolos venturos esse afferit, ut contra illorum insultus eosdem præmuniat. 2. Quod Petro in specie præixerat, illud certa ratione in genere ad omnes Apostolos applicat, proinde sermone ad omnes converso clarius explicat, quid per cribrationem à Satana ipsis metuendum intellectum velit, videlicet quod quamvis non sint eum æquè ac Petrus negaturi, tamen ob periculi gravitatem ipsum deserturi. 3. Præixerat interiores tentationes, quibus Apostoli in Satanæ quasi cribro agitati tempore passionis & mortis suæ erant oppugnandi, jam prædicti exteriore pugnas, quibus cum hostibus ipsis confligendum foret, si humanis præsidis ac mediis res peragi debeat. 2. Cor. 7. v. 5. *Intus pavores, foris pugna.* 4. Postquam intercessione suâ contra imminentes tentationes in Petro eos præmunierat, jam porrò confirmat eos adversus difficultates, ob indigentiam victus*

& defectum protectionis in ministerio Evangelizandi ipsis imminentes. Ideo namque ad divinæ circa ipsos providentia in priore ad Evangelizandum ablegatione luculenter demonstrata experimentum eos remittit, ut adversus difficultates in posteriore ad Evangelizandum ablegatione securitas ipsos præmuniat, ac quomodo ad illas fide, patientia & precibus sese comparare debeant, paternè ipsos instituit. 5. In Exhortatione ad dilectionem proposuerat illis suum exemplum. *Præceptum novum do vobis, ut diligatis vos mutuo, sicut dilexi vos &c.* Hanc suam erga discipulos dilectionem etiam eo demonstraverat indicio, quod de victu & amictu, de protectione & necessariis vita subsidiis abunde eis haec tenus prospexerat, idè ad hoc dilectionis indicium & effectum eos revocat. 6. Christus generaliter & obscurius de sua passione & morte vaticinatus fuerat verbis illis. *Paulisper adhuc vobiscum sum, & quò ego vado, vos non potestis venire.* jam porrò in specie & manifestius ipsum mortis genus exprimit, videlicet quòd in medio duorum latronum crucifigendus sit verbis ex Esaia Prophetia petitis: *Et cum inquis depuratus es.* 7. Christus variis argumentis ad mutuam dilectionem Apostolos superius fuerat exhortatus, jam novum subjecit exhortationis argumentum. Non amplius eo modo, quo haec tenus, vobis ero præsens, suppeditando omnia necessaria, & contra hostes vos defendendo, nec mundus vos magnopere curabit, ergo necessarium erit, ut vos mutuò diligatis. 8. Apostoli paulò antè inter se de primatu contenderat, sed Christus pericula imminentia prædicens hoc voluit dicere. *Non est tempus ambitionis, sed periculorum & cædium.* Nam & ego Magister ad mortem abducor, Theophylactus in hunc locum.

PRÆDICTIO IMMINENTIS PERICULI AC DE SPIRITUALIS
ARMATURÆ ADVERSUS ILLUD PRÆPARATIONE ADMONITIO.

LUC. 22.

35. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτε ἀπέστηλα ὑμᾶς ἄπερ βαλάντις καὶ σῆρος καὶ ψυστημάτων, μὴ τὸν θύεογκατή; οὐ δὲ εἴποι, οὔτενος.
36. εἶπεν δὲν αὐτοῖς, διλλὰνῦν ὁ ἔχων βαλάντιον, αράτω, ὅμοιος καὶ πίπαν· καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλητάτω τοι ipsάτιον αὐτῷ καὶ ἀγοραστώ μάχαιραν.
37. λέγω δὲν ιμιν, οπέτι τέτο το γεγραμμένον δεῖ πλεθῆς εἰ εμοί, τὸ καὶ μετὰ ἀνομῶν ἐλογισθῇ, καὶ δὲ τὰ εἰ εμοὶ τελεῖται.
38. οὐ δὲ εἴποι, Κύριε, οὐδὲ μάχαιραν ἔδει δίνο. οὐ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ικανέρεσι.

35. Et dixiteis: Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid defuit vobis? at illi dixerunt, nihil.
36. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.
37. Dico enim vobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet perfici in me: Et cum inquis depuratus es: etenim ea, que sunt de me, finem habent.
38. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis, sat is est.

Exegesis

Exegeſis hujus pericopes.

Luc. 2. v. 35. Simeon Mariæ matri Domini prædicit, quod gladius ipsius animam sit petrānsiturus. Augustinus lib. qq. V. & Nov. Testam. q. 37. securus Origenem, illud accipit de scandalo, quod tempore passionis Christi animam Mariæ non fauciavit sed præteriit. *Vacillavit, inquit, & ipsa non nihil in fide, cum videret extinctum filium, sed tantisper donec à mortuis resurgeret, & ob eam causam pertransiit gladius, quod bac dubitatio non infederit illius animo, sed pertransierit duntaxat.* Eodem ferè modo Origenes in h. l. *Pertransibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone serierat & cogitationes tuae te in diversa lacerabunt.* Atqui non est in Scripturis usitatum infidelitatem & dubitationem conferre gladio, ac utitur Simeon verbo διλένσεται, quod significat per medium ibit & medium cor scindet. Epiphanius, hæres. 78. existimat, *Mariæ violentam mortem à Simeone denunciari.* Sed hujus rei nec in Scriptura, nec in Historia Ecclesiastica ulla extant vestigia. Rectius ergo Hieronymus de assūt. Mar. tom. 2. f. 42. Damascen. lib. 4. orthodox. fid. c. 15. Theophilus in comm. Bernhardus serm. de Maria col. 210. hoc accipiunt de gladio doloris, qui tūm alias tūm potissimum tempore passionis Christi animam ipsius pertransiit. *Tuam pertransiit animam vis doloris,* inquit Bernhardus d. I. *ut plus quam Martyrem non immergit predicemus, in qua mirum sensum corporeæ passionis excesserit compassionis affectus: An non tibi plusquam gladius fuit ideo ille, Mulier ecce filius tuus?* Congruit hæc interpretatio tūm phrasij Scripturæ Psal. 22. v. 21. Psal. 36. v. 15. Psal. 105. v. 18. tūm eventui hoc vaticinium infuscato. Quemadmodum ergo figura tā isthac phrasij de gladio animam transituro Simeon acerbissimos dolores Mariæ prædictit: ita consimili figurā de gladio etiam cum palliūjacturā comparando Christus Apostolis in hac pericope imminens periculum ob oculos ponit. Quando enim ipsis dicit: *Nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram; & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* Dico enim vobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet perfici in me, & cum inquis deputatus es, enigmaticè innuit, non solum doloris gladium animas Apostolorum pertransitum, quando in crucifixione clavos ferreos ipsius manus & pedes transire, ipsumque haec ratione cum inquis deputari videbunt; sed etiam paulo post hostes cum gladiis & fustibus adventuros, ipsumque captivum ad mortem ducturos Matt. 26. v. 47. Marc. 14. v. 43. Luc. 22. v. 52. quibus si externā vi resistendum & occurrentum esset, adeoque humanis præsidiiis contra eos utendum, tunc multis opus fore gladiis ipsius etiam tunicae venditione redimendis. Duæ verò constituī possunt hujus pericopes partes. Prior est imminens periculi predictio. Posterior predictionis illius eventus & acceptio, quo scilicet sensu hanc Christi prædictionem Apostoli accepterint.

Prædictio proximè imminens periculi absolvitur 1. Collatione cum præteriti temporis quiete & felicitate. Et dixit eis: *Quando miseros sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid defuit vobis? at illi dixerunt,*

nihil. Revocat Christus Apostolis in memoriam statum & conditionem præterlapsi temporis, quām commode hactenus in ipsius consortio & convictu egerint, ita ut ipsimet fateri cogantur, nihil quicquam vel necessariorum vita subsidiorum vel necessariæ defensionis ipsi defuisse, etiam si sine sacculo, pera & calceamentis à Christo ablegati fuerint, ut ex collatione periculi imminentis cum statu temporum præcedentium illud magis exageretur. Particula καὶ inservit hoc loco connexio & ordini. *Tunc, postquam de cibratione omnibus à Satana metuenda & Petri abnegatione dixerat, etiam hoc Apostolis prædicere voluit, quid præter interiores illas tentationes exterius ab hostibus illis sit obventurum.* Quando misi vel ablegavi vos ad prædicandum Evangelium regni per Iudeam &c. Loquitur enim de prima Apostolorum ad prædicandum ablegatione, quæ describitur Mat. 10. v. 5. Marc. 6. v. 7. Luc. 9. v. 2. ubi eadem vox θηρέλεων ab omnibus Evangelistis usurpatur, ubi etiam præcepit eis, ne vel *sacculum*, vel *peram*, vel *calceamenta* in viam secum tollerent Matth. 10. v. 9. Nolite possidere aurum nec argenteum, nec pecuniam in zonis vestris, v. 10. nec peram in viam, nec duas tunicas, nec calceamenta. Luc. 9. v. 3. nihil tuleritis in viam nec virgas, nec peram, nec panem, nec pecuniam ὅτι βαλάντιον sive βαλλαντιόν (quo modo geminato λιν vespistissimis exemplaribus apud Lucam scribitur) est crumenaria sive marsupium θηρέβαλλεων, quod mittere vel immittere significat, quia pecuniae ei immittuntur inque eo asservantur, ad quod etymum alludens Plutarchus in lib. περὶ φίλοπλ. scribit. ἀλλὰ συσέλεων καὶ θηρέδωπτεων ἀπὸ τοῦ Σαλεύτιον, ἵνα σύγενοι Φυλάρτεων τὸ εἰσβληθέν δίνηται. LXX. utuntur pro γένεται Job. 14. vers. 17. & in quibusdam exemplaribus Prov. 7. vers. 20. quod significat fasciculum, sacculum, loculum, in quo aliquid ligatur & constringitur. Euthymius movet hoc loco quæstionem, quomodo Christus dicat, se Apostolus ablegasse sine sacculo, cum in prima illa missione nulla fiat βαλάντιος mentio? ad quam respondet, prohibitione auri, argenti & æris in via secum portandi intelligi prohibitum Apostolis illorum etiam repositorym, quod enim βαλάντιον Hebr. 10. dictum ad pecunias reponendas & asservandas usurpari conuseverit, colligitur ex Prov. 7. vers. 20. Esa. 46. vers. 6. Luc. 12. vers. 33. proinde cum Christus septuaginta discipulos eadem instructionis formā ablegaret, expressam βαλάντιον fecit mentionem. Luc. 10. vers. 4. Nolite portare βαλάντιον nec peram, nec calceamenta. Adde, quod μετωνυμίας per sacculum hoc loco intelligitur pecunia in sacculo asservari solita, cuius deportatione Apostolis in prima ablegatione disertis verbis interdixit, quando nec aurum, nec argenteum, nec æs in zonis illos possidere voluit, quia in zonis æquè ac in sacculis pecuniam recondere solebant. Per πήραν secundo membro intelligitur repositorym commeatus, quia ut in βαλάντιῳ marsupio coriaceo sive sacculo pecunia, ita in pera panis & cibaria viæ necessaria repon-

reponerentur & asservabantur, inde apud Atheneum lib. 10. vocatur πηγατῶν αρτῶν, ac apud Marcum c. 6. v. 8. prohibitio περισσοῦ per prohibitionem panis ἐπιμητίων declaratur. Usurpatur plerunque de sacco, quem mendici gestare inquit eum panem ostiatim collectum immittere solent, ut constat ex proverbio πτωχοῖς πήγασδι πίτταται. Judith. 10. v. 5. πήγαν ἐπιλήφθει αἱ φίτων καὶ παλάθης καὶ αρτῶν κατέβαν, quæ c. 13. v. 10. vocatur πήγατῶν βοῶματῶν περισσοῦ. LXX. utuntur pro ἡρῷ 2. Reg. 4. v. 42. quod Targum redditum per *veslem*, alii per *folliculum*. Syrus habet vocem Caldaicam ḥyrn quæ habetur in Targum 1. Sam. 17. v. 40. ubi in Hebreo est ὁ γράμμα significans *peram*, in qua pastores & viaatores cibum gestant. Tertium membrum τὸν ὑποδημάτων deest in quibusdam Codicibus, procul dubio ex eo, quod Marc. 6. v. 9. Apostolis in prima legatione permittitur ὑποδεμένος εἶναι σανδάλια, quodque Luc. 9. v. 3. in enumeratione eorum, quæ Apostoli in viam secum ferre prohibentur, omituntur ὑποδημάτων. Sed cum Mat. 10. v. 10. disertis verbis ὑποδημata secum ferre Apostoli prohibentur, cumq; in ablegatione Septuaginta discipulorum Lucas non solum *sacculum* & *peram*, sed etiam *calceamenta* ipsis prohibita esse memoret c. 10. v. 4. quos eadē instructionis formā cum Apostolis alegatos esse nemo dubitat, ideo non debet vocula ὑποδημάτων ex hoc loco deleri. Quomodo vero εὐαγγελίον illud conciliandum sit, quod Mat. 10. v. 10. & hoc loco Apostoli ἀπειρούσι ὑποδημάτων à Christo dicuntur ablegati, cùm tamen permisum ipsis fuerit ὑποδεμένος εἶναι σανδάλια. Marc. 6. v. 9. de eo variant Interpretum sententiae. Quidam distinguunt inter ὑποδημata & σανδάλia. Illorum nomine intelligendum statuunt ejusmodi calceamentorum genus, quæ pedes totos tegunt atq; muniunt, horum vero nomine calceamenta pedibus duntaxat subligari solita. Actor. 12. v. 8. Quidam per *sandalia* intelligunt calceos quotidie indui solitos, quos Christus in hac profectione mutari noluerit, id quod ὑποδημάτων prohibitione significari arbitrantur. Quidam apud Matthæum particulam ἀντονούσι ex proximè præcedente membro repetendum centent, ut duo calceamentorum paria secum ferre prohiberi intelligantur. Nolite possidere calceamenta, scilicet alia præter ea, quibus jam induiti estis. Optima conciliatio petitur ex scopo Christi, quod hoc iter non obstante rerum & maximè necessariarum utpote baculi & calceamentorum penuria sit ab ipsis suscipiendum. Osiander lib. 2. annot. in Harm. c. 19. Christus apud Matthæum cùm duodecim Apostolis ex reliquo discipulorum numero selegisset & ad manus prædicandi destinasset, prohibet multis verbis, non ut que haberent, in viam secum non auferrent, sed ut que non haberent, properiter istam profectionem non anxie conquirerent, & cum tabundi compararent. Apud Marcum vero & Lucam cùm eos jam ad prædicandum emissurus esset, non hoc agit, quid comparare, aut quid non comparare debeant, quippe cùm urgens ejus mandatum nihil otii ad ea negotia relinquaret, sed hoc portius agit, ne ex iis reculis, quas possederant, ad iter quicquam secum auferrent preter sandalia & virgam. Quando ergo, inquit Christus, olim vos misi sine sacculo & pera & calceamentis, hoc est, sine commeatu, sine victu & amictu, sine armis &

necessariis vitæ subsidiis, nunquid defuit vobis? num vel victus vel vestitus vel defensio contra hostes vobis defuit? Non dicit assertivè, nihil vobis habetens defuit, sed interrogativè orditur. Nunquid defuit vobis? ut propriam ex ipsorum ore eliciat confessionem & assertio proprio eorum testimonio confirmata sit illustrior. At illi dixerunt, Nihil planè nobis defuit. Quamvis enim nullæ re ad iter faciendum commodâ, immo necessariâ instructi essent, tamen nihil ipsis defuit, quia quicquid ad vita sustentationem necessarium erat, suppeditabatur ipsis ab iis, quibus Evangelium regni prædicabant Luc. 10. v. 7. & 8. quippe qui cum gaudio doctrinam illam suscipiebant & summâ προθυμίᾳ carnalia, hoc est, ad carnis sustentationem necessaria illis suppeditabant, à quibus πιριτουλα, hoc est, doctrinam Evangelii accipiebant 1. Cor. 9. v. 11. inde Septuaginta discipuli eadem instructionis formâ sine sacculo, pera & calceamentis à Christo ablegati cum gaudio reveruntur, dicentes: Domine, etiam demonia subjiciuntur nobis in nomine tuo, Luc. 10. v. 17. tantum abest, ut vel rerum necessariarum copia nobis desit, vel quisquam ministerium nostrum impedire possit, ut ipsi quoque dæmones nobis se se subjiciant, quia ex obessis egrediuntur, quando nomen tuum super ipsis invocamus. Ad hunc quietum & commodum statum, quem in prima ad Evangelium prædicandum ablegatione experti erant, Christus Apostolos suos hoc loco remittit, primum quidem fine eo, ut significet alia jam impendere tempora, alium fore rerum statum, quali dicat antea nihil vobis defuit, etiamsi sine commeatu à me ablegareminim, nunc vero omnia vobis deerunt; antea commodissimâ vivendi ratione in prima vestra profectione usi fuisti, jam vero imminet acerbissima persecutio; antea illi, quibus Evangelium prædicabatis, divinâ providentiâ ita vobis prospiciente, abunde suppeditabant necessaria, jam vero non solum nihil amplius vobis suppeditabitur, sed etiam hostes necessaria vitæ subsidia, immo vitam ipsam vobis eripere cogitabunt; antea videbamini vobis felicissimi, jam vero nullum non infelicitatis & adversitatis genus vobis impendet. Quod enim hoc sine præteriorum temporum felicissimam conditio nem Christus Apostolis in memoriam revocet, intelligitur ex antithesi statim subjecta. Sed nunc qui habet sacculum, tollat &c. Deinde tacitè his verbis innuit, se brevi ab illis auferendum esse, id quod paulò ante clarioribus verbis ipsis prædixerat: Filoli, adhuc paulisper vobiscum sum. Non enim dicit: quamdiu mecum fuisti, num aliquid defuit vobis? sed sic informant suam quæstionem: Quando misi vos sine sacculo &c. nunquid defuit vobis? confert ergo inter se absentiam discipulorum à se ante passionem cum illa absentia & separatione, quæ tempore passionis & mortis paulò post erat secura. Denique argumentum hoc divinæ erga ipsis providentiæ, quod ipsimet haec tenus experti erant, ideò ipsis inculcat, ut contra futuram indigentiam eos soletur ac muniat, utque fidem ipsorum confirmet, quam in periculis & adversis antegressa conservationis & liberationis memoria non mediocriter solet confirmare. Colligitur ergo

ergo ex hoc loco 1. Provida Christi erga suos cura. Quando in statu exinanitionis Apostolos & Se- pruaginta discipulos ad Evangelii prædicationem ablegabat, *mittebat eos velut oves in medio laporum*. Mat. 10. v. 16. factum tamen mirabili Dei provi- dentia & provida Christi cura, ne vel necessarius vixit, vel defensio in periculis ipsis deesset. Eo- dem animo adhuc hodie in statu exaltationis est affectus. Vult unicuique nostrum in vocatione, ad quam eum emiserit, victum, amictum, vita subsi- dia, defensionem, liberationem & omnia ad voca- tionem secundam necessaria suppeditare, abjici- mus ergo curam dissidentiae, elevemus oculos ad Christum in monte providentiae omnibus prospi- ciente Joh. 6. v. 3. & 5. nec vel inopia vel pericu- lorum metu à vocatione nos revocari patiamur.

2. Christi potentia. In medio exinanitionis sta- tu Apostolos non solum sibi præsentibus, sed etiam à se ablegatis de omnibus necessariis potuit pro- spicere & contra omnes hostium insultus eos de- fendere, an non multò magis in statu exaltationis hanc defensionem Ecclesie suæ & omnibus fideli- bus præstare posset? Quando Reges terreni Lega- tos suos mittunt, commeatu & necessariis subsidiis eos instruunt, quandoq; etiam defensionis causa cataphractos quosdam isdem addunt. Christus sine his omnibus Apostolos suos emisit, & tamen interrogati hoc loco, an quidquam ipsis defuerit, respondent, nihil plane, quod est evidens divinæ potentiae cum provida erga pios cura conjunctæ argumentum. 3. Discipulorum *ἀνάρτησις*. Discipuli Christi haec tenus non habuerant mensas Saliates & Sibariticæ, non fuerant epulati quotidie splendi- dè, sed quæ ipsis apposita fuerant, *σέγοντες τα τα- γῶνα* comedebant Luc. 10. v. 8. quinimò aliquan- do mediâ jam luce non habuerant, quod ederent Joh. 4. v. 6. & 8. ac præ fame spicas evulsa inter- dum confricaverant Mat. 12. v. 1. nihilo tamen minus hoc loco dicunt, nihil sibi haec tenus defuisse, nimirum, quia *διδικτοὶ οἱ στατιοὶ οἱ εσύρι, οἱ α- undαὶ οἱ πενυριαὶ πατί* Phil. 4. v. 12. quod *αὐτόπετες* exemplum etiam nobis ad imitandum est propo- situm. 4. Varia piorum in hac vita fortuna. Quan- do pii adhuc in fide sunt infirmi, Deus inducias quasdam ipsis concedit, ut contra futura adversa- fæse præparent, sicut Apostolis in prima legatione quietam & commodam vivendi rationem con- cessit. Sed quemadmodum illi majoribus periculis postea fuere objecti, ita non debemus perpetuam nobis polliceri tranquillitatem & felicitatem, sed tempore pacis ad futura certamina nos præpa- remus. Nam quies illa ac felicitas, quæ sectanti- bus vocationem est promissa, non semper eodem modo fæse habet, nec modo corporali in hoc seculo impletur, sed interdum pace conscientia internâ ac cibo animæ spirituali pii coguntur esse con- tenti, quando scil. externa tranquillitas in perse- cutiones & necessariarum rerum copia in penuri- am permittatur, Deo piorum fidem & patientiam hac ratione probante. 5. Eorundem in periculis & adversis fiducia. Quamvis pii ex abundantia in pe- nuriam, ex prosperitate in adversitatem, ex statu tranquillo in pericula incident, non tamen ani- mum despondent, nec fiduciām vel vocationem abjiciunt, sed recordatione præterita defensionis

ac liberationis fidem suam erigunt, sicut hoc loco Christus beneficia pristina discipulis in memori- am revocat, ut contra ventura mala ipsorum a- nimos præmuniat.

2. *Figurat à ejusdem descriptione. Dixit ergo eis. Sed nunc, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: οἱ qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium.* Per particulam illativam & connexivam & ostendit Evangelista, quo fine Christus ab Apostolis propriam confessionem, quod haec tenus nihil rerum necessariarum ipsis defuerit, voluerit elicere, ni- mirum ut occasionem haberet imminens pericu- lum exaggerandi. Postquam enim dixerant Apo- stoli, nihil sibi haec tenus defuisse, etiam sine saccu- lo & pera & calceamentis ablegatis, subiicit Christus: *Sed nunc, qui habet sacculum, tollat &c. q.d.* Fu- erunt haec tenus tempora satis pacata & tranqui- la, si ad ea, quæ proximè jam instant, comparentur. Nihil rerum ad vitam necessariarum, nihil subsidiarum vobis haec tenus defuit, sed commode & quietè egisti, non solum quando lateri meo ad- hærentes in schola mea instituti estis, sed etiam quando sine viatico & armis ad Evangelium præ- dicandum à me estis ablegati, sed alia jam instant tempora, tranquillitati huic succeder aduersitas, & quidem tanta, ut si gladii hostium violentiæ resisti posset vel deberet, nihil consultius fieret, quam ut quisque sibi gladium compararet, vel tunica venditâ si aliunde non posset. Per τὸ νῦν primariò ac principaliter intelligit tempus pro- ximè instans, sicut paulò priùs v. 34. Petro dixerat, *negabis me Κυριον bodie, bat ipſa nocte.* Secundariò & consequenter totum vocationis cursum, quem Apostoli post Christi in cœlos ascensionem te- nuerunt magnis periculis & adversitatibus circumseptum. ὁ ἔχω quisquis vestrum habet saccu- lum. Non enim de omnibus loquitur, sed tan- tum de Apostolis, quos in vers. præced. interroga- verat, an quicquam haec tenus ipsis defuerit. Pro ἀράτῳ, ποίησατο, ἀροղατα imperativis in se- ptem Codicibus (Regio scil. Complutensi & sex Parisiensibus) leguntur futura ἀράται, πωληται, ἀρο- φαι quæ mutatio procul dubio facta ab eo, qui dif- fícilem hunc nodum extricare potuit. Sed nulla necessitate cogimus, ut ab antiquissimorum & probatissimorum Codicum lectione discedamus, quam probant etiam Græcorum commentaria. Autor ἀλητικῶν nomine Basilius editorum monet in quibusdam Codd. legi ἀράται in subjunctivo ἀράτω, inquit, ἡ ἀράται, ἐταχθεῖται πολλὰ τὸν ἀντιγράφων ἔχει, ita enim habent multa exemplaria. Sed res eodem redit, sive ἀράτω sive ἀράται legamus. Pri- or tamen lectio est usitator. Verbum ἀράται du- plicem habet significationem, ex qua etiam du- plex prioris membris interpretatione oritur. Pri- mò enim significat in humeros suscipere & secum ferre. Matth. 9. vers. 6. cap. 11. vers. 29. cap. 14. vers. 12. cap. 16. vers. 24. cap. 24. vers. 18. &c. deinde etiam significat ē medio tollere & auferre. Matth. 13. v. 12. c. 21. v. 21. cap. 25. v. 28. Quidam ergo verbum ἀράτω in priore significatione accipiunt, ut sit sensus. *Nunc qui habet sacculum, tollat,* hoc est, sumat eum ad manus; *similiter etiam qui habet peram,* scil. tollat eam, ut & sacculo & pera, hoc est, pecu- niis & cibis viatici loco sit instructus. Probatut hæc

hæc interpretatio ex eo. 1. Quod Lucas verbo *αγαν* in eadem significacione utatur, quando primam Apostolorum ablegationem describit. c.9. v.3. μηδεν απετεί τὸν ὁδόν, nihil tuleritis in viam nec virgam, nec peram, nec panem, nec pecuniam. 2. Quod ex coniunctione adversativa *αλλα*, & nota temporis *νῦν* videatur Dominus Apostolis suis aliquid ob temporis diversitatē jam permittere, quod prius prohibuerat. Dicit enim, *sed nunc qui habet sacculum*, q.d. Tunc quidem in prima ablegatione prohibui, ne quisquam vestrum, vel sacculum, vel peram, vel gladium secum ferret, sed *nunc* mutatis temporibus & hominum moribus, qui habet sacculum pecunia repletum, tollat eum & secum ferat eō, quō abire cogetur; qui habet peram instrutum cibo & commeatu, itidem eam secum tollat in viam &c. 3. quod ipsa oppositio prima ablegationis & hujus prædictionis ostendat, tria hoc loco permitti, videlicet *sacculi*, *pera* & *gladii*, cum tria illa in prima ablegatione fuerint prohibita. 4. Quod ad viaticum non sufficiat instrutum esse gladio & armis ob necessariam defensionem, sed etiam pecunia & commeatu ad necessariam vita sustentationem. Qui hanc interpretationem sequuntur, eorum aliqui verbum *αγάπω* conjungunt cum sequentibus ut sit sensus, qui habet *sacculum*, tollat preter *sacculum* etiam *peram*; quidam vero, quod concinnius est, verbum illud conjungunt cum precedentibus, ut sit sensus. Qui habet *sacculum*, tollat, scil. eum in viam; similiter & qui habet *peram*, tollat, scil. eam secum in viam. Sed res utrobiq; eodem reddit. Sed posterior significatio verbi *αγαν* magis convenire videtur scopo Christi, & verbis textus: *Qui habet sacculum, tollat eum*, scil. vendendum, ut ejus precio gladium emat; similiter etiam qui peram habet, tollat eam, scil. vendendam, ut ejus precio gladium emat; & qui non habet, scil. vel *sacculum* vel *peram*, vendat τὸν *ιωάννινον* tunicam vel pallium suum & gladium emat. Nam 1. verbum *ἐχει* in secundo membro absolute ponitur. Ergo ad illud ex præcedentibus repetendi sint accusativi *sacculum* & *peram* modo jam exposito, ex quo intellegitur hic præcipi, non ut *sacculum* & *peram* secum in viam ferant, sed ut tollant vendenda, quo gladium sibi comparare queant, cuius tanta futura sit necessitas, ut non solum *saceuli* & *pera*, sed etiam, si nihil eorum præsto sit, ipsius tunicae jacturæ comparandus sit. Ut vim hujus argumenti effugiant, qui priorem interpretationem de tollendo in viam *sacculo* sequuntur, post verbum *ἐχει* subaudiunt *μάχαιρα*, usitatum enim est Hebreis, nomen priore loco omissum in posteriore membro exprimi loco relativi, ut sit sensus. *Qui non habet gladium, vendat pallium & emat eum*, scil. gladium, quam interpretationem secuti sunt Interpres Syrus & Theophylactus. Sed non opus est, ut hyperbaton ejusmodi hoc loco statuamus, cum optimè fluat contextus, si ad verbum *ἐχει* præcedentes accusativos *βασιλιον* & *πηγαν* repetamus. 2. Quemadmodū Christus non præcipit Apostolis, ut tunicam vendant & gladium emant, sed hac loquendi figurâ imminentis periculi gravitatem tantummodo describit, ita quoq; prius membrum de *sacculo* & *pera* tollenda, non potest præceptivè exponi. 3. Totus hic sermo parabolicus est & ænigmaticus. Neque enim præcipit, neque consulit Christus di-

scipulis, ut aliter sejam gerant, quam prius illos instruxerat, ut jam de *sacculo* pecunia referto & *pera* cibo repletâ sibi prospiciant, utque gladios sibi comparent, quibus vel hostes adoriantur, vel eorū vim repellant, sed parabolicè tantum significat, conditionem temporis proximè instantis prorsus contrariam fore conditioni temporis præteriti, ut ex genuina hujus loci explicazione manifestetur. Antequam vero eam proferamus, examinanda prius erunt variae hujus loci interpretationes tum à veteribus, tum à recentioribus allatae, ut ex collatione res fiat illustrior. 1. Lyranus eo sensu Christi verba accipit, quasi moneat Apostolos, ut ingruente jam persecutionum procellâ muniant se duabus rebus, videlicet tum commeatu, tum armorum præsidio, ne vel desit, quod edant, vel inermes à persecutoribus opprimantur. Ostenditur (inquit) quid foret Apostolis licitum tempore persecutionis, quia cum primò Christus eos misit ad prædicandum, dedit eis formam incendi, ut sine pecunia & provisione alia necessaria incederent, & ideo fortè crederent, quod tempore persecutionis, qua imminaret, non liceret eis talia portare, quod removet dicens: *Sed nunc qui habet sacculum ad portandam pecuniam provisione necessariorum, tollat si debet, portet.* Similiter & peram, hoc est, repositorum viatuum. Et quia non solum erat eis licitum talia portare, sed etiam seipso à persecutionibus moderare defendere saltem pro tunc, ideo subditur. Et qui non habet, scil. gladium, vendat tunicam suam & emat gladium, per hoc innuens, quod licita illis esset defensio moderata tempore persecutionis. Eandem interpretationem sequitur Salmeron. tom. 9. tract. 47. p. 384. Apostoli, inquit, novo consilio indigerunt, idcirco audiunt, ut utrius humanæ prudenter ad præficiendum sibi sive fugâ, sive defensione, ut sit sensus. Quia non poteritis mendicato vitam procurare, de *sacculo* & *pera* mentionem feci. Et quia immittere vita periculum porerat, defensionem à Naturæ jure prescriptam & permitto, immo & suadeo, non enim apti eritis ad crucem ferendam. Quamvis vero tolerabile sit, quod de *sacculo* & *pera* tempore persecutionis secum ferenda in hac expositione afferatur, in quam sententiam etiam Chrysostomus in homilia cap. 15. Rom. super verba: Salute Priscam &c. & Theophylact. in h.l. propendere videntur) tamen quod de gladii usu persecutionis tempore hominibus privatis vel Ecclesiasticis concessio additur, nec doctrinæ Christi Matthæi 5. v. 39. & 44. nec præcepto de gladio in vaginam recondendo paulo post Petro dato Matth. 26. v. 52. congruit; sed nec prius membrum de *sacculo* & *pera* in viam secum tollendis scopo Christi convenit, ut jam ante ostendimus, unde pī veteres hanc expositionem repudiant. Origen. homil. 7. in Matth. Si quis literam volens accipere, & non intelligens voluntatem verborum, vendiderit vestimentum suum corporale & emerit gladium talem, contra voluntatem Christi suscipiens verbum ejus, forsitan & gladio peribit. Chrysostomus in catena aurea Thomæ. Armatne discipulos, qui dicit, Si quis te percussit in dextram maxillam, obverte ei & alteram? qui præcepit, ut benedicamus his, qui nos convictis lacessunt, feramus invadentes, oremus pro persecutibus, nunc armat, armatque uno tantum gladio? & quomodo haec rationi consona junt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto, & galea, & cruralibus armare oportebat. Et profecto si humano more hoc

re hac dispensare & agere voluisse, ridiculum erat hoc preceptum, quandoquidem licet sexcenta id genus arma possedissent adversus infidias & impetus populorum, Tyrannorum, civitatum, gentium, quomodo potentiores habiti fuissent undecim? Perquam igitur absurdum est, quod Salmeron pag. 386. ex his Christi verbis colligit, quod Sacerdos, quando perfectus est ad tempus, si ad Christi gloriam illustrandam expedit cum vivere, licet sit armis se protegere, quia ratione perfectissimus Paulus Ius fuerit equitibus & militibus, cum ex castris Cesaream mitteretur. 2. Hugo Currens in comm. h.l. eo abit, quod Apostolis hic concedatur gladii usus non in propria persona, nec pro eo tempore, sed in persona Ecclesiae & pro futuro tempore. Nota, inquit, quia quamvis Dominus specialiter loqueretur primitive Ecclesia, tamen primativa Ecclesia non habuit gladium, nec ei congruebat in gladio decertare. Quamdiu enim Ecclesia fuit novella, oportuit eam plantari per duo, scilicet per passiones & miracula. Postquam autem processu temporis profecta est Ecclesia, jam non sunt illa duo necessaria. Sed praecpta Christi de persecutionibus patienter ferendis, & non usurpando gladio privatis hominibus & Ecclesiasticis personis data sunt omnium temporum. 3. Basilius in qq. compendio explicatis quæst. 251. & Autor ægyptiacus Basilius nomine editorum statuunt, hic non proponi præceptum, sed duntaxat prædictionem, quia innuat, non quid fieri debeat, sed quid futurum sit, videlicet ut usurpetur gladius ab Apostolis doctrina Christi de maxilla altera percutienti offerendi oblitis. Proabantur hanc interpretationem ex eo, quod Scriptura selenummodo imperandi utatur in significacione prædicendi, quod ipsum declarant duobus exemplis Psal. 109. v. 6. Diabolus fecit ad dextris ejus. v. 9. sicut filii ejus orphani (quibus conjungi possunt alia complura Genet. 20. v. 7. c. 42. v. 18. c. 45. v. 18. Psal. 37. v. 27. Esai. 2. v. 10. c. 6. v. 9. c. 54. v. 1. & 2. Jer. 27. v. 17. Hof. 10. v. 12. &c.) Item quid completa isthac de gladio prophetia, Christus Petro præcipiat, ut gladium recondat in vaginam. Sed non est verisimile, Apostolos id fecisse, quod secundum hunc sensum Dominus eos facturos esse prædictit, videlicet quod vendito sacculo & pera vel etiam tunica gladios emerint. 4. Ambrosius in h.l. statuit, Christum loqui de gladio spirituali verbi caelesti, ut sit sensus, quod dividitis omnibus sacculo scil. pera & pallio gladius Evangelice doctrinæ sit comparandus. Etsi, inquit, gladius spiritualis, ut vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia vestiuntur. Et paulo post: Mover adhuc, quod duos gladios discipuli protulerunt, ne forte unum novi, alterum veteris intelligamus Testamenti, quibus adversus diaboli armamur infidias. Denique dicit Dominus, sat est, quasi nihil desti ei, quem utriusque Testamenti doctrina munierit. Eodem modo exponit Erasmus in hunc locum verba Christi scripta. Quidam: Quemadmodum in vita subsidis & commeatu vobis nihil habentis desuit, ita non est, quod de defensione sollicitus, quando persecutor mortem intentabit, iisdem praesidiis vincetis Tyrannos, quibus ego, non est opus nisi gladio meo, qui sic amputat ac revellit omnes affectus carnalis ut accinctus eo nec tormenta formiderit, nec mortem, tantum abest ut famem metuat, aut nuditudinem. Erasmus sequitur Althammerus part. 1. conciliat. locor. script. p. 56. Posset pro hac interpretatione Harm. Tom. III, vel Gerhard. Contin. pars tercia.

ne afferri, quod verbum Dei comparetur gladio Ephel. 6. v. 17. Hebr. 4. 12. quodque Apostoli ad imminentem pugnam non poterant melius armari, quam gladio illo Spiritus. Quamvis vero non negamus, Christum his verbis simul tacite admonere Apostolos de preparatione spiritualis armaturæ adversus periculum proxime imminens, ut postea ostendetur, tamen primario & principalius nomine gladii hic non intelligitur gladius verbi, sed propriè dictus gladius, sicut etiam per sacculum & peram propriè dictus sacculus & peram propriè dicta intelliguntur. Quid quodetiam in prima ad prædicandum Evangelium, alegatione sacculum & peram Apostoli abjecere debuerunt, ut ad gladium doctrinæ Evangelicæ paratores essent, cum tamen oppositio ostendat, hic aliud quid ab ipsis requiri, quam in prima illa alegatione. 5. Idem Ambrosius indicat de gladio passionis ac Martyrii verba Christi accipi posse. Est etiam (inquit) gladius passionis, ut exnas corpus, & immolate carnis exuvias ematur tibi sacra corona Martyrii, quod ex benedictionibus Dominicis colligere potes, qui summam omnium coronarum, si quis persecutionem patiatur, pro justitia prædicavit. Denig. ut sciatis quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit dicens: Quoniam hoc, quod scriptum est, oportet impleri de me. Sed non apparet, quomodo gladius passionis ac Martyrii dicatur enim posse. 6. Quidam putant mysticè hic prædicti conversionem gentium, ad quas cum Evangelii prædicatione paulo post Apostoli alegandi erant, quod referunt oraculum Petro datum Act. 10. v. 13. Surge, occide & manduca, ut etiam locum Apostolicum 2. Cor. 10. v. 4. Arma militie nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum &c. Sed non apparet, quomodo huic expositioni congruat subjecta ratio, ac quomodo hic gladius venditione sacculi vel tunicae emi debeat. Addes, quod in prima ad Judæos alegatione etiam hic gladius ipse fuerit missus. 7. Beda in h.l. sic progreditur: Gladium vel habitum sumere vel non habitum jubet emere, ut sciant legentes non facultatem resistendi deesse discipulis, sed Magistro amorem potius insesse patienti. Libet si nulla esset alia causa evaginandi gladii sufficerat illa, ut amputata serva auriculâ a fili Domini sanaretur, & beneficia virtus Salvatoris etiam percussores suos, ne iram percussi sustinere, sed fidem resurgentis suscipere malent, admoneret. Eandom expositionem insinuare videtur Ambrosius d. scribens: O Domine, cur emere me jubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria, ut videar potuisse vindicari, sed noluiss? &c. Sed non videtur causa sufficiens, propter quam Christus iussit Apostolis gladios emere, ut ostenderet, paratam sibi fuisse adversus hostes defensionem. Ecquid enim duo gladii astimandi ad tot cohortis militaris gladios? 8. Simplicissime ergo verba Christi sic accipiuntur, quod mysticè ac parabolicè iisdem significetur, quietæ & commoda illi vivendi rationi, quia in Schola Christi haec tenus usi fuerant Apostoli, mox successuram gravissimam persecutionem hac ipsa nocte inchoandam, mox adfuturos hostes cum gladiis & fustibus, adeo ut si humanis praesidiis quis niti velit & more usitato sibi suisque rebus consulere, non possit rectius agere,

agere, quam si venditis omnibus adeoque ipsa etiam tunica gladium sibi comparet, quo violentiae hostium obsistat. Sic ergo ex signo intelligentiam datur signatum, nec requirit Christus, ut Apostoli gladios emant, iisque se defendant, gladii necessitate symbolice imminentis ab hostibus periculi gravitatem insinuat. Nam. 1. usitatum est Scripturæ sacrae, ut in prædictione imminentium adversitatum jubeantur talia fieri, quæ homines in ejusmodi adversitatibus facere consueverunt. Jer. 9.v.17. *Hac dicit Dominus exercituum. Contemplamini & vocate lamentatrices ut veniant, & ad eas quæ sapientes sunt mittite & properent.* v.18. *festinat & affutant super vos lamentum &c.* ubi non probat Dominus simulatum præficarum in funeribus planctum, sed à consuetudine vulgata occasionem sumit admonendi populum de instantium calamitatum acerbitate. Ut enim imminentem tribulationem per *innotescere* quandam ob oculos eis ponat, jubet vocare lamentatrices, quæ sparsis crinibus, nudatis pectoribus, voce modulata lacertos manibus verberantes omnes ad fletum concitarent, quarum 2. Paral. 35. v.24. & Amos 5. v.16. fit mentio. Cum *jubemur orare, ne fugia nostra fiat hyeme vel sabbato*, Matth. 24. 20. periculosa persecutio indicatur, cum Apostoli jubentur *prædicare super terram*, Luc. 12. v.3 significatur, quod publicè, intrepide & liberè debeant prædicare, more eorum, qui in tectis clamant, ut ab omnibus audiantur. Nimirum ut Propheta verbis suorum temporum solent describere res futurorum seculorum, ita quoque moribus apud populum receptis, tanquam signis & symbolis solent signatum & coniunctum exprimere. Sic Elai. 2. v.4. *spiritualis pax in regno Messiae futura describitur hoc modo: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Ut ergo tempore pacis symbolice dicuntur gladii in vomeres convertendi: ita tempore belli & persecutio gladii etiam tunica venditione dicuntur comparandi. 2. Antithesis ostendit, Christo propositum esse de acerrima persecutio proxime imminentे Apostolos præmonere, quod longe alia futura sit conditio temporum modò instantium, quam qualis fuerit præteriorum. Hoc enim voluit dicere. Hactenus vobis etiam sine sacculo, pera & calceamentis ablegatis, nec vita subsidia nec defensio necessaria fuit, sed nunc alia sequetur rerum facies, homines non solum non suppeditabunt vitæ necessaria, sed etiam vitam ipsam conabuntur vobis auferre; non solum de negabunt vobis defensionem, sed etiam hostiliiter vos invadent, Christus ergo velut Apostolorum Dux & Imperator ipsos tanquam milites in pugnam producere volens, ad arma quasi clamat & sub belli similitudine difficilimam pugnam instare, symbolice monet. 3. Neque aliter hunc locum postea intellexerunt Apostoli, quando effuso super ipsos Spiritu sancto fuere illuminati, eodem armati, & tum de aliis omnibus, tum etiam de hisce Christi verbis informati. Proficiuentes enim cum Evangelii prædicatione in medios hostes nec de sacculo nec pera implenda, multò minus de gladiis emendis solliciti fuere, sed adversus omnia pericula fide & patientia sese armarunt. Quod vero hoc loco verba Christi ac-

cipiunt tanquam præceptum de comparandis gladiis corporalibus, quibus violentia hostili resistere debeant, illud ignorantia & infirmitati ipsorum tribuendum. 4. Congruit hæc explicatio subiecta rationi & eventui paulò post secuto. Mox enim adfuerunt hostes cum gladiis & fustibus, 5. Eodem modo quidam ex veteribus hunc locum exponunt. Chrysostomus homil. 85. in Matth in princ. Non ut percussant, animar, sed ut proditionem per hoc declararet. Theophylactus in c. 22. Luc. Viriles estote, quia in multa adversa incidentis, quod per gladium indicat. Hæc autem dicit, non ut omnino gladiis sint accincti, sed significans bella & pericula & docens, ut ad omnia parati sint &c. Gladium emite, hoc est, sic provide vobis ipsis, tanquam bi, qui in bella & prælia mula incident. Et aliter exposuerunt quidam, emite gladium. Significat enim brevi tantas futuras insidias, quales nunquam fuerunt, & quod invasuri sint illos viri sanguinarii. Euthymius in hunc loc. Quod sequitur, vendat tunicam suam & emat gladium, per emphasis dixit, solum ostendens esse tempus ultionis venientibus quantum nunquam alias persecutionibus, non quod gladiis vim propelliveret, nam Petrum ita ulisci violentem postea prohibuit. Primariò igitur ac principaliter Christus verbis hisce de periculis & adveris tūm maximè tempore passionis sua, tūm etiam reliquo vita tempore in vocationis cursu ipsis impendentibus Apostolos monere voluit, ut ad ea fortiter subeunda ipsos præpararet, ac passionem probè præcognitam sese sponte adiisse ipsis significaret: consequenter ac secundario 1. Falsam opinionem de terreno Messiae regno, quam animis altissimè infixam Apostoli circumferebant, redarguit. Quem enim hic inchoat sermonem, eum postea demum in horto absolvit, quando Petro mandat, ut gladium in vaginam recondat, quasi diceret: Video vos adhuc opinionem terreni regni & spe mundana in eo expectandæ felicitatis calcinatos arma & gladios animo verare, existimat regnum meum corporalibus armis propagari & defendi à vobis posse ac debere. Sed agite, instruite vos ad pugnam, nunc imminent pericula longè gravissima. Si unquam gladio defendi voluissem, nunc vel maximè opus foret, quando manifestam vim mihi & vobis hostes gladiis armati intentabunt. Sed reipsa experienti, vanos & inanes esse omnes spes, omnes coenatus, omnes pugnas velstras, regnum enim meum non est de hoc mundo, sed spirituale & cœlesti, ac proinde non est corporalibus armis propagandum. 2. De spiritualis armaturæ præparatione tacitè ipsos admonet. Acris modo imminet pugna, pacatis illis & quietis temporibus, quæ hactenus in schola mea experti estis, succedent turbulentia & adversa, in quibus contra manifestos hostes vobis pugnandum erit, ideo de spiritualibus armis, de verâ πανοπλίᾳ vos oportet esse sollicitos. Quæ vero sint illa arma, paulò post ipsem docet, quando ad preces serias in horto oliveti se se convertit, ad easdem Apostolos excitat, vigilantiā ipsis mandat, & Petrum gladio ferientem reprehendit.

Atque hæc est parabolica imminentis periculi descriptio, cuius membrum prius de sacculo & peratollendis, qui eo accipiunt sensu, quod Chri-

Christus commeatum in viam secum sumere A-
postolis hoc loco permittat, illi monent, virtu-
tem discretionis à Christo hic observari & discipu-
lis exempli loco præscribi. Beda in hunc locum :
Quam justè discretionem matrem cunctarum nutricem,
virtutum Patrum sententia definiat, etiam ex hoc Domini
*sermone probatur : quā non eadē vivendi regula perse-
cutionis, quā pacis tempore discipulos informat. Sunt*
namq; virtutes, que semper obnixeque tenende, sunt, que
pro tempore locoque providā sunt discretione mutanda.
Quis etenim nesciat viscerā misericordiā, benignitatem,
humilitatem, patientiam, modestiam, castitatem, fidem,
*spem, caritatem & his similia sine ulla temporum interca-
pedine fidelibus esse servanda? at verò famem, sitim, vigilias,*
nuditatem, lectionem, psalmodiam, orationem, laborem
operandi, doctrinam, silentium, & cetera hujumodi, si quis
semper exequenda putaverit, non modò se horum fructu
privabit, sed & notam indiscretæ obstinationis, inobstinationis
pervicacis incurret. Magister itaque Dominus, virtutum
us modum discretionis insinuat, missis ad prædicandum
discipulis, ne quid tollerent in via præcipit, videlicet ordinans,
ut qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivant.
*Mortis verò instantे periculo & tunc simul gente pasto-
rem pariter gregemq; perseciente, congruam temporis regu-
lam decernit, pecuniam scilicet victui necessariam, donec*
sopita persecutionum instantiæ tempus evangelizandi redeat,
tollere permettendo, ubi nobis quoq; dat exemplum justa
nonnunquam causa instantē quedam de nostri propositi
*rigore posse sine culpā intermitti. Similia occur-
runt apud Chrysostomum homil. in cap. 16. Ro-
man. & Theophylactum in hunc locum. Sed o-
stendimus superius, Christum hoc loco non in-
struere Apostolos, quid viatici loco secum ferre
debeant, led imminentis periculi gravitatem pa-
rabolicè exponere. Aliae igitur ex his verbis de-
ducenda sunt observations & doctrina, utpote
1. De vera Christi Deitate. Exactissimè novit,
qualis futura sit temporum instantium conditio,
quæ omniscientia divinitatis est argumentum.
2. De Christi sapientia & benignitate. Non in
prima statim alegatione Apostolos gravissimis
periculis & persecutionibus objecit, sed per com-
modam vivendi occasionem & necessiariorum
subministracionem ad toleranda postmodum
quævis adversa ipsos præparavit. Chrysostomus
in homil. super illud, Salutate Priscam &c. in
capit. 16. Roman. Chrysostomus hec admodum digne-
fecit pro sua sapientia & cura, quam pro discipulis gare-
bat. Ab initio enim vocationis hoc faciebat, ut discipuli
periculum virtutis sua facerent, & post hac in orbem ter-
rarum exutri hoc exemplo animati magis in eo siderent.
Verum ubi jam potentiam suam agnoscere cœperunt,
voluit, ut ipsi domi virtutis spccimere aliquod præberent,
permisitque ipsos suas ferre tentationes, ne scilicet perpetuò
otiosi residerent, & ad finem usq; quali pueri gestarentur
&c. Illud postea eleganti similitudine declarat :
Quemadmodum aves pullos suos foventes tamdiu in
nido sedent, donec illorum pluma increaserint, quas dum in-
crevissa viderint, eos primum circumidos volitare docent,
deinde ad miniculū suo totos destituant : ita faciebat &
Christus. In Palestina enim quasi in nido nurricabat
discipulos, & eos volare docuit presens & gestans, tan-
dere permisit, eos volare in totum orbem dato eis mandato
*ne sibi deessent. (Non tamen auxilio suo eos de-
stituit, nec suis viribus eos penitus commisit, quā**

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Contin. pars tertia.

in parte similitudo deficit.) 3. De regni Christi
qualitate. Regnum Christi non est de hoc mundo
Johan. 18.v.39. proinde etiam mundanis & corpo-
ralibus gladiis non propagatur, unde Petrus para-
bolice hunc de comparando gladio sermonem
minus rectè intelligens ac corporali gladio Chri-
stum defendens reprehenditur. 4. De spiritualis
armaturæ necessitate. In persecutionibus non
solum sacculus & pera, sed etiam tunica venden-
da & gladius emendus, hoc est, abicienda sunt o-
mnia, quæ confessionem impedire possunt, ac
præmuniendus aduersus persecutions animus
non quidem gladio corporali, sed spirituali, vide-
licet verbo Dei, fide, patientia & oratione. 5. Sta-
pulensis in hunc locum ad studium beneficentiae
Christi sermonem accommodat : *Sacculus & pera*
sunt externa bona minus necessaria, Tunica & calceamenta
*externa etiam necessaria. Gladius verbum Dei, intelligen-
tia Evangelica, quam alii habebant perfectius, alii imper-
fectius, pro qua sibi optimè comparanda, aut piis officiis à*
Deo efflagitanda, sive velit per se, sive per eos, qui perfectis-
simè ab ipso eam adepti sunt, communicatum ire, omnia
externa, tām quā minus quam quā magis necessaria sunt,
erogari debent. Quibus illis, per quos ea accipitur, si iis,
quæ ad vitam necessaria sunt, egeant, & juxta doctrinam
eorum aliis pauperibus & indigentibus fidelibus.

3. Causa explicatione. Dico enim vobis, quoniam ad-
huc quod scriptum est, oportet perfici in me. Et cum ini-
quis deputatus est. Etenim ea, que sunt de me, finem ha-
bent. Christus his verbis exponit causam muta-
ti temporis tranquilli in turbulentum & favoris
hominum erga Apostolos in hostile odium, vide-
licet imminentem suam passionem & mortem,
quæ tamen est tantum causa per accidens, quia Ju-
dæi hāc occasione Apostolos erant persecuti, &
quod Christum ipsorum caput & Magistrum captiu-
num duxerant, inque crucem egerant, cuius
præsidio ac præsentia visibili illi destituti, erant
sic ut oves sine pastore in medio luporum. Dico
enim vobis, certò & indubitanter vobis hoc confir-
mo, quod tamen à præconcepta de me & regno
meo opinione animis vestris altissimè in fixa plu-
rimū discrepat, quoniam adhuc quod scriptum est,
oportet perfici in me. Adverbium ēti magnam ha-
bet emphasin, præter reliqua Prophetarum vati-
cinia, quæ hactenus jamdum in me viditis imple-
ta, utpote quod Evangelium prædicaverim, mira-
culis illud confirmaverim, vitia Scribarum &
Pharisaorum acriter taxaverim &c. etiam illud
adhuc implendum superest, quod Esa. 53.v.12. de
me scriptum : Et cum inquis deputatus est. Non
solum missus sum in hunc mundum, ut Evangelium
prædicarem, & ad prædicationem illam vos
ablegarem Joh. 20.v.21. sed etiam ac vel maximè,
ut passione & morte mea opus redēctionis
perficerem, quare cum priore muneris mei parte
fideliter perfunctus fuerim hactenus, restat ut po-
steriore ac præcipuam ejusdem partem jam ag-
grediar. Quamvis verò ad alia plura de passio-
ne & morte sua vaticinia eos revocare potuisse,
sicut post resurrectionem suam discipulus in Ema-
eus euntibus interpretatur ex omnibus scripturis, quæ
de ipso erant prædicta à Mose & omnibus Prophetis
incipiens Luc. 24.v.27. unico tamen hac vice con-
tent.



tentus est Esaiæ vaticinio, quod erat longè clarissimum, cùm ipsa Chaldaica paraphrasis, quæ apud Judæos erat authenticæ, & in omnium manibus versabatur, testaretur, de Messia in illo capite agi. Et quia duntaxat ultima illius vaticinii verba affert, id est tacitè admetet Apostolos, quod totius capituli scopum & connexionem, atque omnes prophetarum illius partes considerare debeant, cùm clausula illius, quam hic adducit, genuina sententia ex præcedentibus dependeat, cumq; generalis regula sit, quod quando in Nov. Test. vaticinium aliquod ex Vetus adducitur, totus contextus accurate sit considerandus. Si Apostoli tum temporis id fecissent, non solum de passione & morte Christi, sed etiam de resurrectione & gloria eandem statim insecurum sufficientissimè erudiri, & contra imminentes periculum atq; scandalum salutariter præmuniri potuissent. Vaticinium ipsum sic habet: *Et cum inquis deputatus es.* מִשְׁפָּט significat homines rebelles ac sceleratos, qui gravissimis contra conscientiam sceleribus ex malitia legem Domini transgrediuntur, humanam societatem turbant & capitum supplicium sibi attrahunt, à rad. מִשְׁפָּט seditionis & rebeller fuit, defecit. 1. Reg. 12. v. 19. 2. Reg. 1. v. 1. Esa. 1. v. 2. &c. LXX. reddiderunt per ἀνόμους Ps. 50. v. 14. Esa. 1. v. 28. c. 48. v. 8. ac ἀδικούσας Ps. 35. v. 1. Ps. 36. v. 40. Prov. 19. v. 11. exleges, transgressores legis, extra legis orbitam ambulantes. Syrus habet nomen ιλιγινον quod notat homines perversos & injuriosos. Verbum γεννητον significat non solum deputavit, definavit, sed etiam numeravit & computavit, unde LXX. reddiderunt per ἀριθμον 2. Sam. 24. v. 1. Psal. 146. v. 5. &c. hoc loco verterunt per λογισθαι, quod ipsum quandoq; usurpari pro ἀριθμοθαι, indicat vocabulum λογισικη, quæ est Arithmetices sive numerandi scientiae quedam species. Sensus igitur est, quod Messias, de quo Prophetæ ibi vaticinatur, sit transgressoribus annumerandus, in numerum scelerorum referendus, atque eo modo tractandus, quo homines extremè impii ac scelerati tractari solent. Neque enim Prophetæ hoc duntaxat dicere voluit, quod Messias sit à Judæis pro impio peccatore & nefario legis divina transgressor habendus, qualis etiamnum hodie à perfidis & sceleratis Judæis habetur & ab ipsis blasphematur, sed etiam quod in diebus carnis sue sit inter iniquos numerandus & tanquam unus ex ipsorum ordine tractandus. Impletum ergo fuit hoc vaticinium, 1. Quando Christus tanquam facinorosus in horto oliveti à Judæis captus, vincitus & in urbem captivus fuit ductus. Ed enim Christus præcipue hoc loco respicit, quando dicit: *qui non habet gladium, vendat tunicam suam & emat gladium, quoniam in me perfici oportet, quod scriptum est.* Et cum inquis deputatus es, hoc est, brevi cum gladiis & armis hostes in nos irruunt ac me tanquam facinorosum in vincula conjicient, captivum in urbem pertrahent &c. 2. Quando in atrio Pontificis, prætorio Romani Praefidis & aula Regis Herodis variis contumeliis & injuriis tam realibus quam verbalibus affectus, Barrabæ latroni comparatus, imò deterior eodē habitus. 3. Omnim verò maximè, quando medius inter duos latrones ad supplicium ductus ac cum ipsis tanquam tertius latro crucifixus inter duos latrones pendens propter poenæ similitudinem etiam ipse met pro latrone à plerisque

supplicii spectatoribus fuit habitus, & ab omnibus fere supplicii autoribus latronum gregi annuntratus. Tunc enim hanc prophetiam præcipue impletam fuisse testatur Marcus c. 15. v. 28. & apud Prophetam immediate precedit. *Tradidit in mortem animam suam, ac sequitur, pro transgressoribus oravit;* quorum utrumque Christus in cruce peregit. Vigilius in lib. contra Eutychen memorat, hunc locum ab Eutychianis impudentissimè fuisse depravatum, quia ad stabiliendum de unica Christi Natura errorem pro μέτανοι legerunt μέτανοι, ut inde colligerent, Christum non fuisse verè mortuum, sed tantum pro mortuo habitatum. Sed depravationem illam refellunt fontes Hebrei Esa. 53. v. 12. refellit locus parallelus Marc. 15. v. 28. refellunt Codices Graeci antiquissimi & probatissimi, qui omnes legunt μέτανοι, refellunt omnes veteres Interpretes, refellit paraphrasis Syriaca, refellit fidei analogia. De applicatione vaticinii illius Propheticæ ad Christi copum, ejusdemque cum præcedentibus verbis connexione quidam sic statunt, quod Christus citatione hujus prophetæ intelligendum aliquid relinquit hoc sensu. Non implebitur in me oraculum illud Propheticum, nisi mutatis erga me populi animis, qui cùm mihi favere haec tenus consueverit, jam cum Proceribus conspirans, me tanquam sceleratum ad poenas postulabit. Quemadmodum ergo cùm prius mihi bene vellent, etiam vobis discipulis meis favebant ac necessaria vita subsidia suppeditabant: ita mutatis jam ipsorum animis me odio habentes etiam vos odio prosequentur, nec minus vos quam me ipsum ad mortem querent. Joh. 15. v. 20. Sed simplicius dicitur, Christum his verbis ad impletum hostium proximè imminentem Apostolos remittere, quod intra paucas horas cum gladiis & armis sint affuturi, ipsisque tanquam facinorosum captivum abducturi, propter quam violentiam gladiis vel maximè opus esse videatur, si humano more & arbitrio res fuerit gerenda. Huic Prophetico vaticinio subjungit Christus. *Etenim ea, que sunt de me, finem habent.* In verbis οὐ περὶ εἴδη occurrit quædam ellipsis ex præcedentibus supplenda. *Quae sunt de me,* scilicet scripta, & in Prophetarum vaticinii tradita. Similia exempla occurunt Num. 22. v. 27. *Vidit asina Angelum Domini,* scilicet flamen, quod vulgata versio addidit ex v. præc. Matt. 2. v. 10. videntes stellam scilicet stantem, supra domum ex v. præc. Ita quoq; hoc loco. *Quae sunt de me,* scilicet scripta, *ea finem habent.* Quidam hoc exponunt in forma præteriti. Finem jam sunt consecuta, jam ad effectum sunt perduta, & complementum suum sunt sortita, sicut paulo pôst Joh. 17. v. 4. dicit: *Consummavi opus, quod dedisti mibi ut faciam.* Quidam in forma futuri. Paulo pôst, die scilicet crastina finem suum sortientur & ad exitum perducuntur, cùm hoc solum adhuc super sit, ut captivus ducar & in cruce moriar, quo modo Euthymius interpretatur. Sed concinnius videtur τὸ πίλος ἔχει eo sensu accipere, quod finem habere sive impleri oporteat, quæcumque sunt de Christo in Veter. Testament. prædicta. Particula enim οὐ hoc loco est αἰτιολογική, unde Erasmus eam rectè vertit per etenim, si quidem Clarifust rationem reddit, quare illud, quod prædixerat, se juxta vaticinum Propheticum cum inquis deputandum esse, udhuc impleri oportet.

oporteat, nimis quia omnia, quæ de se prædicta, impleri sit necesse, sicut Luc. 24.v.46. Apostolis dicit: *Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, hoc est, quia sic scriptum, ideo etiam sic oportuit impleri, ac Joh. 18.v.28.* dicit Evangelista: *Sciens Iesum, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptaræ dictio, ex quo etiam appareat, vocem tuos hic non tam de fine, quam consummatione & impletione esse accipiendam, nec de hoc solùm vaticinio Esaiae, sed in genere de omnibus Prophatarum vaticiniis in Codice Veter. Testamento de passione & morte sua, imò etiam de gloria mortem secutura annotatis Christum hic loqui, ut sit sensus, non debet vobis mirum videri, vaticinium illud Esaiae de mea passione & crucifixione in me impleri, cum omnia, quæ de me per Prophetas sunt prædicta, consummari & impleri oporteat. Colligitur autem ex hoc loco, 1. Quod in periculis & adversis nūllo tollendis scandalis apertius sit remedium vel ad erigendos animos efficacius solarium, quam si ad divinam providentiam oculos attollamus, neq; quidquam temere vel fortuitò nobis obvenire agnoscamus, sed paterno Dei consilio & voluntate crucem nobis imponi, eò enim Christus nos remittit, quando discipulos suos contra scandalum muniturus, & solatio eos erecturus tristem illam proximè instantis temporis conditionem, quam in præcedentibus exposuerit, non ex hominum arbitrio, sed ex divinae providentia consilio proficiunt ostendit, cum in Scripturis à Deo inspiratis sit prædicta. Quod si namq; in Scripturis divinis illud omne, quod ab hostiis obvenit, est prædictum, utique non hostium potentia, sed voluntate divinâ illud nobis obtinet. 2. Christus Esaiae oraculum adducens atq; omnia, quæ in Scripturis prædicta sunt, impleri oportere affirmans, commendat nobis divinam Prophética Scripturæ sive Vet. Testam. autoritatem. Ecquis enim libros illos non magnificat ac verè divinos aestimet, ex quibus ipse Dei Filius mortijam vicinus consolationem petit & discipulis suis eandem proponit? Quoties igitur vel persecutions vel alias tribulations præstò esse videmus, ad Scripturas Propheticas (quibus Apostolicae N. Testam. Scripturæ sunt prorsus homogeneæ) quas Chrysostomus homil. 7. ad popul. Antioch. *Nihil aliud quam consolationem esse* dicit, nos recipiamus. Rom. 15.v.14. Pulcrè Gregorius Nyssenus homil. 7. in Eccles. super verba: *Tempus colligendi lapides &c.* scribit: *Lapides isti sunt verba Scripturæ sacre & divinitus inspirata, qua ad nos descendant, & quæ oportet colligere in finu anime, ut in tempore iis utaramur aduersus eos, qui sunt hostes nostri, quorum lapidum tam pulcher est jactus ut & bolem perirent, & à jacientis manu non separarentur.* 3. Hac ipsâ allegatione docemur, præcipuum Scripturæ scopum esse Christum, in cuius salutari cognitione omnis nostra felicitas consistit. Augustin. tract. 9. in Joh. *Lege omnes libros Propheticos, non intellecto christo quid tam insipidum & fatuum invenies? intellige ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed etiam inebriat.* 4. Eadem citatio nobis Christianis immotum præbet argumentum, quod c. 53. Esaiae sit illustris prophetia de Christi passione, crucifixione, resurrectione, eamque secutura Evangelii in toto orbe prædicatione, quod ipsum toties confirmatur, quoties Evangelistæ & Apo-*

stoli ad Christum in Novo Testamento illud accommodant. Matt. 8.v.17. Marc. 15.v.28. Joh. 12. v. 38. Acto. 8.v.32. Rom. 10.v.16. 1.Petr. 2.v.24. 1.Joh. 3. v. 5 &c. Contra Judæos Novi Testamenti autoritatem repudiantes urgeri potest textus evidencia, paraphrasis Chaldaica Jonathæ, expositio magna in c. 28 Genes. Dialogismus Jehovæ & Messias apud R. Mose Hadarsan super Genes. 1.v.3. ejusdemque R. Mosis commentarius in Genes. 24.v. 67. in Psalm. 49. & in c. 53. Esaiæ Midrasch Ruth. in lib. Ruth. c. 2.v.14. expositio Thalmudica in libro Sanhedrin c. Helec. &c. in quibus locis omnibus de Messia hoc oraculum Propheticum exponiatur. 5. Christus omnes ministerii sui partes in his terris peragendas fideliter implevit, unde in illo ipso capite Esaiae, ex quo vaticinium adducit, *fideis Dei servus* vocatur, utpote qui non solùm Evangelii prædicatione, sed etiam generis humani per luam passionem & mortem redemtione *conjuravit opus super terram, quod Pater ipsi dederat, ut faceret.* Joh. 17.v.4. &c. 6. Christus cum iniquis computatus est, ut nos iniquos ab omnibus iniquitatibus liberaret, sicut Paulus ipsum *maledictum pronobis esse factum, asserit, ut à maledictione legis nos liberaret.* Gal. 3.v.13. unde in oraculo Prophetico hæc duo immediatè conjunguntur, *cum iniquis computatus est & peccata multorum tulit.*

Eventus prædictionis describitur in ultimo hujus pericopes versiculo: *At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic.* At ille dixit eis: *Sufficit.* Duo in hoc prædictionis eventu sive consequente proponuntur. *Apostolorum ruditas.* Errant illi de verbis Christi, dum de cor poralibus gladiis ea accipiunt. Perfusi erant, regnum Messiae fore terrenum, ideo existimabant, Christum hoc velle, quod paranda sint arma externa & gladii ferrei, quibus hostili violentia obviam iri possit, inde audientes etiam tunicae venditione gladium esse redimendum in hæc prorumpunt verba: *Domine, ecce duo gladii hic.* Syrus reddidit, *¶ Domine noster,* en duos ad manum habemus gladios. Quidam verba Apostolorum accipiunt tanquam querimoniam, quod armis ad defensionem necessariis non satis sint instructi, quâ ratione subintelligenda erit vocula tantum, ut sit sensus. Non plures quam duo tantum gladii præstò sunt, si bellum parandum vel hostium impetus repellendus, hi duo gladii non sufficiunt, ideo ex te scire cupimus, an plures comparare debeamus, quibus & te & nos tempore imminentis jam periculi defendamus. Huic sensui inferire videtur, quod Christus Apostolis respondet, *sufficit,* hoc est, non opus est pluribus gladiis, sed hi duo sufficiunt. Atqui paulò post ostendemus, alio sensu Christum respondisse *satis est,* quam quod significare voluerit, duos gladios sufficere. Rectius igitur verba Apostolorum accipiuntur tanquam jactabunda gloriatio. *Domine, ecce duo gladii hic.* Non est, quod nos moneas, ut facculi, pera & ipsius etiam tunicae venditione de gladiis nobis prospiciamus, en duo jam præsto sunt, quibus hostilem violentiam à te & nobis satis fortiter repellimus, si illi non sufficiunt ad resistendum periculo mox imminenti, plures comparabimus, non deerit nobis animus nec gladius, hanc enim fuisse Apostolorum mentem patet ex eo, quod paulò post confidentiam Petri fecuti dicunt,



Se paratos esse cum Christo in mortemire, & ad mortem usque pro ipso pugnare. Mat. 26.v.35. Marc. 14.v.31. Ambrosius existimat, Petrum nomine omnium reliquorum *hec verba protulisse*, quæ conjectura satis congruit tūm animo ac *θεοφορη* Petri, quia pau-
lō antè dixerat, *paratus sum tecum in carcere & mor-temire*, tūm factō ipsius paulō post secuto, quia so-
lus in horto gladium contra hostes irruentes vi-
bravit. Unde verò gladii in Collegio Apostolorum? 1. Chrysostomus homil. 85, in Matt. ex ma-
ctatione agni paschalisi eos superfluisse existimat.
Undenam (inquit) gladii ibi sunt inventi? ac bona & mensa
tunc jam exiverant (cum Petrus alterutro horum
gladiorum servum Pontificis feriret) *ubi propter*
agnum gladios esse oportuit. Chrysostomum, uti so-
lent, sequuntur Theophylactus & Enthymius.
Confirmari posset hac opinio ex eo, quod μάχαιρα
non solum significet gladium, sed etiam cul-
trum grandiore, inde LXX. hoc nomine utun-
tur pro γλάνδι cultro ex eo sic dicto, quod in eden-
do illo utanur Genes. 22.v.6. Sed de gladiis, non
de cultris sermonem hic esse omnes circumstan-
tiæ textus ostendunt, cum primis verò illud, quod
Petrus in horto postmodum gladium vaginā li-
berat. Vox μάχαιρας, quæ αποτης μάχης, à pugna
& prælio dicta haud inimerito censetur, in Novo
Testamento nuspian aliter, quam pro gladio u-
surpat, ac Hebreum γλάνδι itidem pro gladio
usurpat Jud. 19.v.29. Proverb. 30.v.14. cui signifi-
cationi congruit altera hujus vocis etymologia,
quod dicta sit ex eo, quia aliquid eo absumatur.
LXX. nomine μάχαιρας frequentissimè in Veteri
Testamento utuntur pro γλάνδι gladio inde sic di-
cto, quod hominem sanguine exsiccet. Genes. 27,
40.c.31.v.26. &c. 2. Cyrilus lib. 11. in Joh. c. 35.
tum propter defensionem lege promisam, tum
propter feras gladiis ipsoſ ſuſile accinctos afferit.
Unde dices (inquit) Petrus gladium habuit? quia ſecun-
dum legem gladio ſe defendere licebat, idcirco gladium ferre
licebat. Quomodo enim ferro Iesus ferro te ulcisci poſſis,
niſi ferrum tecum habeas? Præterea cūm ad hortos & lo-
ca condensa nocte concubia diverterent, credendum eſt illos
providiſſe, ne aferis bestiis ledarentur, que varia in Iudea
reperiuntur. Sed uſus gladii privatis personis & quæ
in Veter. & Nov. Testament. ſuit prohibitus, ac in
populosissimæ Judææ regione magnam fuſile no-
xiarum ferarum copiam, non eſt veriſimile.
3. Quidam statuunt gladios hosce studiosè ab Apo-
ſtolis jam olim fuſile comparatos occaſione præ-
diſtionis de imminentibus periculis. Sed Christus non ita clarè & aperte de impetu ab hostiis
metuendo haſtentus quicquam prædixerat. Joh.
16.v.4.4. Simpliciſſimè igitur ſtatuit, quod Apo-
ſtoli audientes de gladiis Christum loqui, duas ru-
biginoſas macheras in domo illa, in qua agnum
paſchalem comederant, alicubi ſub ſcamnis abdi-
tas invenerint ac Christo monſtrârint, unde etiam
non dicunt: Duos jam dū comparavimus nobis
gladios, ſed ecce duo gladii hic, id eſt, in hac domo.
Ergo cūm Apoſtoli priuſ ad omnem ſeditionis
ſuſpicionem avertendam inermes ambulaverint,
jam proſpicunt ſibi de duobus gladiis, quos ab
hospite adiūm commodaſſo accipiunt, quorū
iunum Petrus, alterum aliud ex Apoſtolis lateri
ſuo accommodat, qui forte non fuere gladii mili-

tares, ſed rufiſi & impoliti, ut iſorum ruditas
magis ex eo eluſeſcat, quod duobus gladiis obtuſis & rubiginoſis militari hostiū cohorti ſe op-
ponere auiſ fuerint. Occurrit autem huic Apo-
ſtolorum ruditati.

2. Christi benignitas, quæ reſpondit ipliſ. Satis
eſt. Non reprehendit eos acriter & ſevere ob hanc
ruditatem & ſtoliditatem. Luc. 24.v.25. quod ſom-
nio de terreno Mefſiae regno ſuaviter indulgen-
tes, nihil niſi corporales gladios & extera arma,
quibus illud propagandum ſit, cogitabant; multo
miuſ propter hanc ruditatem & ignorantiam
eos abſiicit, ſed manuēt ac benignè reſpondet:
Satis eſt. 1. Quidam hoc referunt ad præcedens no-
men gladiorum, ut ſit ſenſus. Sufficiunt hi duo
gladii, non opus eſt, ut plures comparetiſ, neque
enim gladios requiro ad defenſionem, ſed hoc
tantummodo fine, ut hostes intelligent, me, ſi vo-
luuſi, gladio defendi potuſi, ad quod duo gla-
dii ſufficiunt. Ad hunc ſenſum alludit Ambroſius
in commun. h.l. O Domine, cur emere me jubes gladium, qui
ferire me prohibes? cur haberipræcipiſ, quem vetas promi-
niſi, forte ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria, ut vide-
ar poruſi, vindicari, ſed notuſi? Lex tamen reſerire non
retat & ideo fortaffe Petro duos gladios offerentiſ, ſat eſt,
diciſ, quæſi licuerit uis, ad Evangelium, ut ſit in lege aqui-
tatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfecſio. Multis hoc
iniquum videtur, ſed non iniquus Dominus, qui cūm ſe po-
ſet uicifiz, maluit immolari. Manifestius eum exponit
Beda in h.l. Duo gladii ſufficiunt ad teſtimonium ſponte
paffi Salvatoris: Unus, qui & Apoſtolis audaciam pro Do-
mino extandi & auſuſa iſtu ejus auricula Domino etiam
morituro pierat virtutem, doceret inſeffe medicandi.
Alter, qui nequaquam vaginā exemtuſ oſtenderet eos nec
totum quod potuere pro ejus defenſione facere perniſios. Huic expoſitioni videtur favere paraphraſis Syria-
ca, quæ reddidit γλάνδι ſufficiens ſunt, vel ſufficiunt
bi duo gladii, δόκιμα, ſufficientia eſt in illis, ut Tremel-
lius in margine notat. Sed Christus non dicit iuxta
eis, ſcilicet μάχαιρας, ſed iuxta eis, ſatis eſt, ſufficit.
Adde, quod fundaſtum hujus expoſitionis,
quasi duos tantum gladios in præcedentibus ver-
biſ Christi requiſiuerit in ſpontanea paſſionis teſ-
timoniuſ, ſit lubricum & infirmum, ut ſuperius
oſtendimus. 2. Quidam itidem hoc referunt ad
præcedens nomen gladiorum, ſed ſenſu diuerſo.
Existimant enim, Christum ironice locutum eſſe,
quæſi diceret: Egregia verò armatura? quia duos
habetiſ gladios, ſatis inſtructi eſtiſ contra hostiū
multitudinem & violentiam, magnam hiſce gla-
diis inter hostes dabitis ſtragem, ſcilicet. Me-
minit hujus expoſitionis Chrysostomus d. l. & ex
eo Theophylactus in hunc locum ſic ſcribens:
Quidam per ironiam dixerunt dictum à Christo, ſatis eſt,
quia duo ſunt, omnino multi ſunt & ſufficiunt contra
multitudinem, que venit ſuper nos. Sanè ejusmodi
locutiones ironicae non ſunt Scripturis inuita-
te, ſed occurruunt in ſermonibus piorum, 1. Sam.
26.vers.15. 1. Reg. 18.v.27. cap. 22.v.15. 2. Reg. 8.
v.9. Ezech. 28. vers.3. Amos 4.v.4. Nahum 3. vers.
14. Actorum 23. vers.5. 1. Corinth. 4. vers.8. 2.
Corinth. 10.v.12. cap. 11. vers.19. cap. 12. vers.13.
Christi, Matth. 26.v.45. Marc. 7.v.9. (& juxta quos-
dam, Luc. 11.vers.41. Johann. 7.vers.28.) ac ipliſ
Dei,

Dei, Gen. 3. v. 22. Jud. 10. v. 14. Esa. 21. v. 5. Ezech. 20. v. 39. Interim hic non satis commodè in verbis Christi ironia statuitur, non enim dicit Christus: Satis sunt duo gladii, sed in avo èst, satis est. 3. Rectius ergo dicitur, Christum verbis hisce sermonem abrumpere ac discipulorum absurditatem modestè refrenare, ut sit sensus: Satis est verborum de hac re, satis de his dictum. Video vos non assequi, quid mihi velim parabolico meo sermone, ideo sufficit hæc monuisse, ipsa experientia & prædictionis hujus meæ complementum expositionem vobis suppeditabit, quando paulò post militaris hostium caterva irruet, ad quam repellendam nec centum gladii sufficerent. Non ergo approbat curam de gladiis conquirendis suscepit, nec confirmat erroneum illum verborum suorum intellectum, sed sermonem, quem ab ipsis non videbat intelligi, abrumpit, sicut in familiari conversatione, quando videmus ea, quæ à nobis proferuntur, non intelligi, sermonem nostrum abrumpere solemus, dicentes: Satis est, bene habet, nolumus horum amplius meminisse. Simul etiam Apostolorum stupiditatem refelli, quasi diceret: Non hoc volo, o boni, ut corporalibus gladiis vos instruatis iisdemque contra hostes pugnetis, alia intelligo arma, quibus muniendi sitis &c. Hanc expositionem sequitur Theophylactus in h.l. Dominus noluit eos arguere utpote nihil intelligentes, sed dixit. Satis est, ac proceperit. Sicut igitur etiam nos si quando cum quodam converxanter videmus, eum non intellexisse, quod diximus, dicimus. Bene, dimittit, quanvis non sit bonum, sed ne conturbemus, remittimus. Fait autem hoc Dominus, quando vidit discipulos non intelligere dictum, transi & eventu rerum permittit explicare dictorum intelligentiam, sicut & quando dixit, solvite tempulum hoc. At, inquis, quare Christus parabolicum suum sermonem Apostolis non exposuit, & ab errore eos liberavit? Resp. jam ante aliquoties de regni sui qualitate, ac de passione & morte sua divinitus decreta, verbis satis claris & perspicuis ipsos instruxerat, cumq; igne è cœlo evocando Samaritanos absulmire vellent, ipsos increpaverat dicens: Ne sitis, cuius Spiritus èstis? Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. Luc. 9. v. 54. Sed quia ob præconceptam de terreno Messiae regno opinionem, ne quidem clarissimas de passione & morte sua prædictiones intelligebant, ideo noluit ulterius de his rebus verba facere, quam rationem ipse exponit Joh. 16. v. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare. v. 13. cum autem veneris Spiritus ille veritatis, ille docebit vos omnem veritatem, hoc est, illuminabit vestrum intellectum, ut veram eorum, quæ à me audivistis, sentientiam assequi possitis. Adde, quod paulò post in horto ad montem oliveti sito & re & verbis, videlicet tūm ardentiissimā preicatione, tūm Petri gladium strigentis reprehensione, tūm iteratā ad preces & vigilantium exhortatione declaratus erat, quale armorum genus & quales gladios ab ipsis requirat, quem enim hic inchoat & abrumpit sermonem, illum in horto oliveti quasi absolvit & expli- cat, ut superius monuimus. Quod vero quidam addunt, Christum ideo verborum suorum sensum non explicasse clarius, ut Petrus occasionem acciperet gladii adversus hostes strigendi & consequenter ipsi occasio daretur amputati auriculam sanandi atque hac ratione dro- Harm. Tom. III. vel Gerhard. Contin. pars tertia.

nam suam virtutem demonstrandi, illud probare minime possumus, neque enim secundum Christi voluntatem, sed potius contra eam Petrus gladium strinxit, ut reprehensio statim addita ostendit; neque Christus ideo per alios vult fieri mala, ut ipsem occasionem habeat faciendi bona; nec defuisset ipsi occasio divinam suam virtutem demonstrandi, si vel maximè Petrus non amputasset servuli auriculam, cum subitanea hostium prostratione unico verbo facta eam satis luculentè demonstraverit Johann. 18. v. 6. 4. Ambrosius in h.l. duos hosce gladios ad Vet. & Nov. Testament. accommodat, quia doctrina in libris Veter. & Novi Testamenti comprehensa spiritualibus armis ad pugnam necessarii sufficienter nos munit. Unum, inquit, gladium Novi, alterum Veteris intelligamus Testamenti, quibus adversus diaboli armamur insidias, de quibus Dominus dicit: Sat est, quæ si nihil desit ei, quem utriusque Testamenti doctrina munierit. Huic allegoria conforme est illud, quod alii per gladium unum verbum promissionis, per alterum verò verbum iussionis intelligunt, hoc sensu: Si duo gladii sint ad manus, unus verbi promissi, cui credatis firmiter, alter præcepti, cui obtemperetis fideliter, tūm adversus quosvis quorumvis hostium insultus eritis satis armati. Rectè quidem hæc dicuntur, & in allegorica accommodatione locum habere possunt, interim propriè & principaliter in sensu literali aliud quid Christus voluit, ut ex dictis manifestum. 5. Tolerabilior tamen est hæc Ambrosii allegoria, quam Bonifacii octavi P. Rom. detorsio, qui ex verbis his evincere voluit, & corporalem & spiritualē gladium sibi utpote Ecclesiæ Monarchæ ac Petri successori esse datum, id est, supremam jurisdictionem politicam & Ecclesiasticam sibi & successoribus suis Pontificibus Romanis competere. Sic enim loquitur in c. Unam sanctam X. de majorit. & obediencia. In Ecclesia ejusque potestate duos esse gladios spiritualē videlicet & temporalem Evangelicis dicti instruimur. Nam dicentibus Apostolis, Ecce duo gladii hie, in Ecclesia scilicet cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus, nimis esse, sed satis. Certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferens. Converte gladium tuum in vaginam. Ut ergo est in potestate Ecclesiæ spiritualis scilicet gladii & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia ille verò ab Ecclesia exercendus. Ille Sacerdos, is manu Regum & militum, sed ad nutum & patientiam Sacerdos. Quod autem hic Bonifacius verbis docuit, illud etiam ipso opere præfiguravit. Cum enim in primo jubilao anno 1300. ab ipso instituto & celebrato Albert. Imp. per Legatos electionis sua confirmationem peteret, primo isti⁹ solennitatis die in Pontificalibus prodiens Apostolicam benedictionem pupulo impertitus est, postero autem die habitu Imper. & infulâ Cæs. in lignis gladium nudatum sibi præferri jussit & ubi confessisset, altâ voce clamavit. Ecce duo gladii hie. Cranzius l. 8. Sax. c. 36. Ursperg. in Chron. Cent. Magd. 13. c. 10. Sed constitutio illa Bonif. merito inter Extravagantes refertur, quia extra omnes veritatis & modestiae vagatur limites. Nā. 1. Theol. Symbolicæ non est argumentativa & ex solo sensu literali firma pe- tuntur argumenta docente ipsomet Bellarin. lib. 3. de verb. Dei c. 3. 2. Christus non commendat Apostolis corporalem gladium, sed imminentis periculi

gravitatem symbolice describit & ad spiritualem gladium capessendum tacite eos admonet, ut superius ostendimus. 3. Ergo non minus de verbis Christi errat Bonifacius, quām ipsi Apostoli tunc temporis, qui de corporalibus gladiis ea accipiebant, quem errorem Christus postea refellit, quando Petro gladium in vaginam convertere præcipit. 4. Magistratui traditus est à Deo *gladius corporalis*, quo bonos tueatur, malos puniat Rom. 13. v. 4. Ministris datus est *gladius verbi spiritualis* Ephes. 6. v. 17. sed uni utrumque gladium esse traditum, ex Scripturis nondum didicimus. 5. Unde etiam Gregorius Bonifacii in sede Romana antecessor melioribus Ecclesiæ temporibus corporali gladio uti noluit lib. 7. Regist. Epist. 1. Ad Sabinianum sic scribens. *Si gladio uti voluisse, Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atq. in summa confusione esset divisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me misere formida.* Cum quo congruit illud Ambrofii Mediolanensis Episcopi in orat. ad Auxent. *Adversus arma, milites, Gothos quoque lachryme meæ arma sunt, talia enim munimenta sunt Sacerdotis, aliter nec debo nec possum resistere.* 6. Nec ullus ex tota antiquitate proferri poterit scriptor, qui verba Christi eo senfu exposuerit, si Bernhardū excipiamus, qui lib. 4. de considerat. ad Eugen. col. 1036. eodem ferè modo de his Christi verbis differit. Sed ignoscendum ei, qui in mediis Papatus regnantis tenebris vixit, ac de facto potius quām de jure ipsum loqui patet ex eo, quod ibidem Eugenium Pontificem sic alloquitur. *Quid denuo u-*

surpare gladium tentas, quem semel jussus es ponere in vaginam? ac lib. 1. de considerat. col. 1021. scribit: *Apostolis interdicitur dominatus, ergo tu usurpare aude aut Dominus Apostolatum, aut Apostolicus dominatum, planè ab alteruero prohiberis, si utrumque simul habere voles, utrumque perdes.* Ergo non explicatio, sed depravatio verborum Christi censenda, quando Bonifacius ex illis usum utriusque gladii sibi vendicare voluit. Rectius autem ex illis colligitur 1. Quale sit carnis nostræ ingenium. Ut enim Apostolis tutius videbatur gladiis corporalibus quām spirituibus; fide scilicet, precibus & patientiâ niti, ita per Naturam peccato corruptam omnes eodem affectus sumus prædicti. 2. Quām graviter peccent, qui religionem armis propagari debere censem, cum non sit religionis ad religionem cogere, ut loquitur Tertull. lib. ad Scapulam c. 2. pag. 88. cūm defendenda sit religio non occidendo, sed moriendo, non sevitâ, sed patientiâ, non sceleri, sed fide, ut habet lactantius lib. 5. Instit. divin. c. 19. p. 303. 3. Quanta fuerit Apostolorum ruditas ante acceptum in die Pentecostes Spiritum sanctum ex quo summa hujus domini necessitas & utilitas elucescit. 4. Quanta sit Christi erga fideles benignitas, quā infirmitates eorum tolerat. Hunc ipsius affectum status gloriæ, in quem electus est, nequaquam sustulit, sed eum adhuc hodie erga nos omnes gerit. Hebr. 4. v. 15. ipsi ergo utpote fidei pastori animas nostras commiendemus.

*Non valet in Christi quidquam framea æra regno,
Sed gladius verbi cum precibus & fides,*

CAPUT CLXXVI.

CHRISTUS DISCIPULOS SUOS OB PRÆDICTIÖNEM ABITUS SUI CONTRISTATOS VARIIS RATIONIBUS CONSOLATUR.

JOH. 14. v. 1.

RATIO ORDINIS.

Post Eucharistia institutionem *Mattheus & Marcus*; post sopitam Apostolorum contentionem, ut & lapsus Petri ac imminentium gravissimorum periculorum prædictione *Lucas* Christum ex coenaculo deducunt, quando eum urbe egressum & secundum consuetudinem in montem oliveti sese contulisse afferunt. Sed ex *Jobanne* constat, egressui isti ex urbe præmittendam esse concionem Christi *προστίχιον* sive valedictoriæ ad discipulos habitam, quam *Johannes* in cap. 14. & 16. ubi etiam orationem *προστίχιον*, quam idem in cap. 17. describit. Utramque enim coenaculo Hierolymitanæ, antequam extra urbem cum discipulis progrederetur, à Christo recitatam fuisse, colligitur ex principio capituli 18. apud Johannem. *Hec cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem*

Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse & discipuli ejus. Sanè quidam statuunt, priorem duntaxat concionis istius valedictoriæ partem in cap. 14. descriptam in coenaculo habitam, posteriorem vero in cap. 15. & 16. enarratam, in via versus oliveti montem priori esse subjectam, cūm in fine cap. 14. Christus ad discipulos dixerit, *surgite, emus hinc*, cumque orationem concioni additam *sublati in cælum oculis* recitaverit, quod non nisi sub dio commodè fieri potuisse videtur Joh. 17. v. 1. Sed quid hac de re statuendum sit, in sequentibus suo loco explicabitur. Dubium ergo nullum, quin verbis Christi apud Lucam, quibus pericula gravissima & sibi & Apostolis proxime imminentia allegoricâ gladii appellatione predicit, subjungendus sit valedictorius Christi sermo ad discipulos in coenaculo habitus. In quibusdam Codicibus Græcis, cum primis verò Latinis